

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

TERTIVS

LAERTII DIOGENIS DE VITIS PHILOSOPHICIS LIBER TERTIVS.

plato.

PLato aristone patre & matre perictiona: siue potona Atheniensis natus est. Mater a Solone genus duxit: Solonis quippe frater dropides critia genuit: cuius filius calaeschrus critiae qui unus fuit ex triginta: glauconisq; pater extitit: ab eo charmides & perictione geniti sunt: atq; ex ea & Aristone plato sextus a Solone nascitur. porro solon ad neleu & neptunum genus refert: Aristone quoq; patre a Codro melanthi filio originem ducere tradit: qui a neptuno itidem sanguinem trahere trasilo teste memorantur. Enimuero speusippus in libro: qui Platonis de coena inscribitur: & Clearchus in laudatione platonis & anaxides in secundo de philosophis libro asserunt athenis celebre esse aristone perictione cum esset speciosissima conatui esse: Verum fuisse illius conatus irritos: uidisseq; in somnis apollinem: atq; ab eo uisum mundam a iugali copula quoad pareret uxorem seruasse. Nascitur autem plato ut Apollodorus testatur in Chronicis octogesima octaua olympiade thargilionis septima: qua scilicet die natum apollinem delium autumant. Moritur autem ut Hermippus tradit: primo anno centesimae octauae olympiadis in nuptiis discubens: octogesimum & primum aetatis agens annum. Neanthes octoginta quattuor annorum defecisse scribit. Est igitur Isocrate minor natu annis sex: ille quippe sub Lysimacho: plato sub Amynio est ortus: sub quo & perides diem obiit. Erat autem pago collyteus ut refert Antileo in secundo de temporibus. natus est secundum quosdam in aegina in phidiadis domo eius qui thaletis filius fuit: ut fauorinus ait in omnimoda historia: patre ipsius cum ceteris misso ut agrum sortiretur: Athenasq; reuerso quoniam a lacedaemoniis qui aeginensibus opere tulerant expulsi sunt: ludos quoque magnificos athenis adhibuit diuine sumptus suppeditate: ut ait Athenodorus in octauo de ambulationum libro. Fratres habuit adimanthum & glauconem: sororemque potona: de qua speusippus nascitur. litterasque apud dionysium didicit: cuius & in anteaestis meminit: Exercitatusque est apud aristone argiuum palaestritem: a quo & plato pro egregio corporis habitu cognominatus est. Cum prius Ariscodes ex aui nomine uocatus esset: ut in successione tradit Alexander. Sunt quoque ob orationis habertatem & miram latitudinem sic appellatum putent: siue quia ampla fuerit fronte ut Neanthes scribit: Nec desunt qui in isthmo palaestra se exercuisse uelint: sicut & Diarchus in primo de uitis. picturae quoque fuisse studiosum ac poemata scripsisse primo quidem dithyrambos: deinde melos & tragodias. Vox illi gracilis fuit ut ait Timotheus Atheniensis in libro de uitis. fert & socrates uidisse per somnum olorum pullum sibi in gremio plumescere: quod continuo exortis penis expansis alis in altum aduolans suauissimos cantus ediderit: postmodum cum plato sibi a patre commendat-